



**ἀντίβακχος (-βάκχειος) /
antibacchus (-bachus, -baccheus, -bacchius, -bachius)**

--υ

1. CHOEROB. 216. 16 sqq. ὁ δὲ παλιμβάκχειος, ὁ καὶ διονύσιος, ἐκ δύο μακρῶν καὶ βραχείας, πεντάχρονος καὶ ἀντιβάκχειος καλεῖται, ὅτι ἐναντίως διάκειται τῷ ῥυθμῷ πρὸς τὸν βακχεῖον, διονύσιος δὲ καθὸ καὶ αὐτὸς πρὸς τὰ διονυσιακὰ μέλη πεποίηται.

ANON. BEROL. 294 παλιμβάκχειος ὁ καὶ ἀντιβάκχειος --υ ‘Ἡφαιστος.’

[PALAEM.] GL VI 207. 15 sqq. pedes trisyllabi quot sunt? octo. qui sunt? ... palimbacchius sive antibacchius sive pompicus ... 25 sq. palimbacchius ex duabus longis et brevi, ut ‘Latona’, ‘Lucina’.

TER. MAVR. GL VI 367. 1410 sqq.

cum duas longas sequetur una brevior syllaba,
pes erit βακχεῖος, ἀντίβακχος autem tunc erit,
cum brevem primam locabis et duas longas dein:
nomina aut vertens vicissim, cum priorem dixeris
antibacchum, nominato qui redit contrarius.

DON. GL IV 370. 6. sq. huic (*scil.* bacchio) contrarius est antibacchius ex duabus longis et brevi temporum quinque, ut ‘natura’.

CLEDON. GL V 30. 29 antibacchius ipse dictus est et palimbacchius.

CLEDON. GL V 32. 32 sq. palimbacchius, qui et antibacchius, <ut> ‘natura’ quovis modo in paenultima acutum (*scil.* accentum) habet.

IVL. SEVER. GL VI 641. 2 sqq. spondeus anapaesto iunctus facit antibacchum et iambum --υ, υ- ... spondeus amphibrachi iunctus facit antibacchum et trochaicum --υ, υ- ... spondeus bacchio iunctus facit antibacchum et spondeum --υ, --. spondeus antibaccho iunctus facit molossum et trochaicum --, υ- ... 642. 6 sq. iambus antibaccho iunctus facit bacchium et trochaicum υ- --, υ- ... 15 sq. trochaicus antibaccho iunctus facit amphimacrum et trochaicum υ- υ-, υ- ... 27 sq. tribrachys antibaccho iunctus facit paeonem quartum et trochaicum υυυ-, υ- ... 36 sq. molossum antibaccho iunctus facit dispondeum et trochaicum ---, υ- ... 643. 8 sq. anapaestus antibaccho iunctus facit ionicum minorem et trochaicum υυ- -, υ- ... 17 sq. dactylus antibaccho iunctus facit choriambum et trochaicum υυυ-, υ- ... 27 sq. amphibrachys antibaccho iunctus facit diiambum et trochaicum υ-υ-, υ- ... 37 sq. amphimacrus antibaccho iunctus facit epitritum secundum et trochaicum υυ-, υ- ... 644. 6 sq. bacchius antibaccho iunctus facit epitritum primum et trochaicum υ---, υ- ... 8 sqq. de antibaccho. antibacchus tribrachi iunctus facit ionicum maiorem et pyrrichium --υυ, υυ. antibacchus molosso iunctus facit epitritum tertium et spondeum ---υ-, --. antibacchus anapaesto iunctus facit ionicum maiorem et iambum --υυ, υ-. antibacchus dactylo iunctus facit epitritum tertium et pyrrichium --υ-, υυ. antibacchus amphibrachi iunctus facit ionicum maiorem et trochaicum --υυ, υ-. antibacchus amphimacro iunctus facit epitritum



tertium et iambum -- ∪ -, ∪ -. antibacchus bacchio iunctus facit ionicum maiorem et spondeum -- ∪ ∪, --. antibacchus antibaccho iunctus facit epitritum tertium et trochaicum -- ∪ -, ∪ -.

IVL. SEVER. GL VI 645. 12 sqq. tertia divisio est, quae hemiola sive paeonica nominatur, quotiens numerus ad numerum comparatus habet maior minorem numerum et medietatem eius, id est ... antibacchus ex duabus longis et brevi, temporum quinque, dividitur ita - || - ∪ |||.

BEDA 108. 26 sq. huic (*scil.* bachio) contrarius est antibachus ex duabus longis et brevi temporum quinque, ut 'naturā'.

BEDA 127. 16 sqq. sic cum de apibus loquens alvearia nominare vellet (*scil.* Vergilius), necessitate posuit antibachium in versu dactylico: (Verg. *georg.* IV 34) seu lento fuerint alvearia vimine texta.

BEDA 128. 35 sqq. auctoritate autem contemnitur regula grammaticorum, ut Sedulius ..., cum dixisset ...: (*hymn.* 1. 110) cum sancto Spiritu gloria magna Patri.

'Spiritus' enim primam syllabam habet longam; unde vera scansio versus istius haec est: 'CVMSANC' spondeus, 'TOSPIRI' antibachus, non dactylus.

IVL. TOL. 154. 25 sqq. quomodo resolutio? si accidat unicuique pedi resolutio, an non. quomodo? puta, si dicam 'Saulus Paulus', trochaus pes est, si resolvo priorem syllabam, fit inde antibacchius. da eius exemplum:

Saulus Paulus Christi cum facta negaret.

nam et hic, de solido fit scissio et fit antibacchius pes.

IVL. TOL. 155. 49 sqq. trisyllabi pedes quot sunt? octo. qui sunt? tribrachys, molossus, anapaestus, dactylus, amphibrachys, amphimacrus, bacchius et antibacchius.

IVL. TOL. 159. 135 sqq. quis est isti (*scil.* bacchio) contrarius? antibacchius. ex quibus syllabis constat? ex duabus longis et brevi, ut 'barbatus'. quot tempora habet? quinque. cuius divisionis est? sescuplae. unde habet etymologiam? antibacchius dictus est, eo quod contrarius sit bacchio; 'anti' enim graece contra dicitur.

IVL. TOL. 163. 240 sq. disyllabi (*scil.* pedes) cum trisyllabis iuncti triginta et duos efficiunt. geminabuntur ita ... 164. 249 pyrrichius et antibacchius ∪ ∪, -- ∪ ... 257 spondeus et antibacchius -- -, -- ∪ ... 265 iambus et antibacchius ∪ -, -- ∪ ... 165. 273 trochaus et antibacchius - ∪, -- ∪.

IVL. TOL. 165. 274 sq. trisyllabi vero (*scil.* pedes) cum trisyllabis geminati sexaginta et quattuor colliguntur. geminabuntur ita ... 283 tribrachys et antibacchius ∪ ∪ ∪, -- ∪ ... 291 molossus et antibacchius -- -, -- ∪ ... 166. 299 anapaestus et antibacchius ∪ ∪ -, -- ∪ ... 307 dactylus et antibacchius -- ∪, -- ∪ ... 317 sq. amphibrachys et antibacchius ∪ - ∪, -- ∪ ... 167. 329 amphimacrus et antibacchius - ∪ -, -- ∪ ... 337 sqq. bacchius et antibacchius ∪ -- -, -- ∪; antibacchius et antibacchius -- ∪, -- ∪; antibacchius et tribrachys -- ∪, ∪ ∪ ∪; antibacchius et molossus -- ∪, -- ∪; antibacchius et anapaestus -- ∪, ∪ ∪ ∪; antibacchius et dactylus -- ∪, - ∪ ∪; antibacchius et <amphibrachys -- ∪, ∪ - ∪; antibacchius et > amphimacrus, -- ∪, - ∪ ∪; antibacchius et bacchius -- ∪, ∪ - ∪.



IVL. TOL. 169. 377 sqq. quot sunt pedes sescuplae divisionis? septem. qui? amphi-macrus, bacchius, antibacchius et quattuor paeones.

FRAGM. BOB. GL VI 628. 1 sq. clausolae his placentes temporibus huius modi esse noscuntur, ex trochaeo et antibacchio, ut 'templa deiecit'.

υ --

2. CAES. BASS. GL VI 256. 23 sq. = fr. *6. 41 sqq. (GRF 134) Mazzarino est autem (*scil.* archebuleus versus) pentametrus, ex anapaestis constat fere pedibus, recipit spondeos, cluditur antibaccheo.

CAES. BASS. GL VI 263. 27 sqq. = fr. *6. 239 sqq. (GRF 141) Mazzarino apud nostros hoc metrum (*scil.* philicium) non reperio. exemplum eius tale est: (Caes. Bass. *lyr.* 4 [FPL 318] Blänsdorf)

frugiferae sacra deae quae colitis mystica iunctaeque Iovi nefasto.

hunc hexametrum ex numero bacchi<a>co (bacchico *N*, bacchio *Parrh.*, *correxit Morelli*) composuit Philicus, quo usus est etiam Archebulus, de quo auctore supra rettuli; cludit autem antibaccheo.

CAES. BASS. GL VI 270. 3 sqq. = fr. *6. 408 sqq. (GRF 146 sq.) Mazzarino quartum metron est Horatii, de quo nihil adhuc diximus: (*carm.* I 8. 1 sq.)

Lydia, dic, per omnes

te deos oro, Sybarim cur properas amando.

quod metron et ipse Horatius ignorando quale esset laboriosa observatione semel omnino facere conatus est, et in eo tamen parum decenter erravit. nam fecit illud asperius uno immutato pede. quod si scisset choriambicon esse et habere clausulas certas, non in illam salebram incidisset. nam primum comma ex choriambico et antibacchio compositum est:

Lydia dic per omnes.

secundum colon, quod est longius, tres habet choriambos et unum antibacchium, scilicet clausulae gratia, quod metron Alcaeus sic ordinavit, homo in musicis exercitatissimus.

TER. MAVR. GL VI 367. 1410 sqq.

cum duas longas sequetur una brevior syllaba,
pes erit βακχειός, ἀντίβακχος autem tunc erit,
cum brevem primam locabis et duas longas dein:
nomina aut vertens vicissim, cum priorem dixeris
antibacchum, nominato qui redit contrarius.

TER. MAVR. GL VI 382. 1908 sqq.

anapaestus item quater editus hexametro
ita clauditur, ut choriambicus, antibaccho.
faciet tibi perspicuum cito versus idem
dactylicus, modo qui potuit dare quinque anapaestos:

(cf. Verg. *Aen.* IX 503)

'at tuba terribilem sonitum dedit aere recurvo.'

<'tuba terribilem sonitum dedit aere curvo'>:



ἀντίβακχος (-βάκχειος) / antibacchus (-bachus, -baccheus, -bacchius, -bachius)

anapaestus inest quater, ultimus antibacchus.

TER. MAVR. GL VI 396. 2371 sqq.

Archilochus autem creticum sicut dedit,
aeque trimetro iunxit Hipponax (test. 38 Degani) pedem
novissimum trisyllabum ex prima brevi,
longis duabus: antibacho nomen est.
exemplar eius tale possis fingere:

(cf. Catull. 4. 1)

‘phaselus ille quem videtis, hospites, Sabinus’
quadratus ut sit, parte ab ima claudicat:
erit quadratus reddita novissima:
‘phaselus ille quem videtis, hospites, Sabinus est’
‘phaselus ergo quem videtis, hospites, Sabinus’
aeque est et ipse syllabarum quindecim,
ut ille, prima parte qui multatus est;
sed iambicus manebit, unde et natus est.
illic enim, quia prima pars ex cretico
gignit trochaicum, transit in trochaicum:
hic ex iambis natus ad finem quoque
manebit idem. veniat externus licet
pes antibacchus, non erit dispar tamen:
namque est iambus tertiam longam trahens.
sic ergo versus ex iambis prosatus
suis iambis iungit inde septimum
et hunc, ut illum, terminabit semipes;
vel quia est trimetrus, antibaccho desinet.

TER. MAVR. GL VI 400. 2525 sqq.

et choriambus unus
praeditus antibaccho
claudicat, ut priores.
videro, si novelli
versus erit poetae;
lex tamen una metri est:
‘tinctus colore noctis’

(FPL 72 Blänsdorf)

‘dabunt malum Metelli’;

(inc. 142 [FPR 400] Baehrens)

‘Inachiae puellae
seu bovis ille custos’
colon et hoc in usu
carminis est Horati (*carm.* I 8).

TER. MAVR. GL VI 411. 2929 sqq. (Hor. *carm.* I 4. 1 sq.)

‘solvitur acris hiems grata vice veris et favoni,



trahuntque siccas machinae carinas':
'solvitur acris hiems grata vice' tetrametros hic est
et tres trochaei, 'veris et favoni',
'trahuntque siccas' portio est iambi;
'cas' hinc superfit, semipes habetur,
similes trochaei, 'machinae carinas'.
posset videri claudus hic trimetrus,
duos ut esse duplices primos pedes
'trahuntque siccas machinae' putemus,
claudum antibacchum qui facit 'carinas'.
sed talem epodum dicitur dedisse
Callimachus ante de tribus trochaeis,
in fine versum phallicis sonantem,
quem dico dudum sapphicum vocandum,
'siccas ducite navitae carinas'.
nam tale cernis 'navitae carinas',
ut finis ille est, 'veris et favoni'.
<et> quamquam iambum Flaccus antemisit,
'trahuntque siccas',
magis putandum est tres datos trochaeos,
quam post iambo ultimo antibacchum,
uterque finis lege ut esset una:
'solvitur acris hiems grata vice veris et favoni',
trahuntque siccas machinae carinas'.
semelque metrum tale copulavit.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 87. 12 sqq. hoc quoque, ne praeterisse ignoratione videar, attingam. legimus apud Horatium in ea ode, cuius initium est: (Hor. *carm.* I 8. 1 sq.)

Lydia, dic per omnes
hoc deos vere,

legem metri admissio spondeo minime custoditam, id est 'os ve'. nam iambum illic, qui trochaicum sequitur, esse convenerat. quodsi legem metri in omni versu servare voluisset, 'hoc dea vere' posuisset, ut esset choriambus pes habens clausulam antibacchi ultimam huius modi: (Hor. *carm.* I 8. 2)

cur properas amando.

ΑΡΘΗΝ. GL VI 127. 15 sqq. (inc. 99 [FPL 457] Blänsdorf)
nulla meo iam sedeat turba profana luco ...

ergo erunt in versu tres choriambi, ultimus bacchius a brevi incipiens. nam satis absone choriambo clauditur, meritoque tetrametrus catalecticis figuratur, ut: (cf. Tibull. I 1. 6)

dum meus hic assiduo ardeat igne lucus.

nam ita et hic ut anapaesticus quadratus terminabitur antibaccho eritque catalecticis, quia non sui generis pede clauditur.



ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 135. 14 sqq. itaque, ut Archilochus creticum iambico trimetro praeposuit, ut faceret tetrametrum trochaicum, ita Hipponax (test. 40 Degani) trimetro iambico ultimum adiunxit antibacchum ex prima brevi longis duabus, ut faceret tetrametrum iambicum comicum, velut:

trahuntque magnis navitae clamoribus

trimeter: addo 'carinas', fiet quadratus catalecticus, qui ex iambo natus ad finem quoque idem manebit. nam licet antibaccho compleatur, nihil oberit aut divisio aut pedis copulati adiectio. retracta enim tertia eius longa 'nas' iambus ex antibaccho efficitur. ergo is quoque, ut superior trochaicus, aut semipede, id est syllaba una, terminabitur, aut, si per dipodiam percutiatur, post tertiam incisio-nem antibaccho claudente erit in utroque tetrameter catalecticus.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 164. 2 sqq. igitur quia ostendimus esse id simplex, nunc, quod magis reor, etiam compositum demonstramus. (Hor. *carm.* I 4. 1)

solvitur acris hiems grata vice veris et favoni.

copulatur versus quem dividimus <sic>, 'solvitur acris hiems grata vice', ut: (Verg. *buc.* 5. 73)

saltantes Satyros imitabitur;

comma autem quod superest ithyphallicum erit e tribus trochaeis, ut novimus, 'veris et favoni'. huic etiam subditus loco epodi versus, in quo prima pars iambica est, adaeque tres trochaeos in ultimo, ut superior, recipit. nam 'trahuntque siccās' portio est iambi superfluyente semipede 'cas', quae efficit penthemimeren tomen. neque enim haec catalectica est: nam diximus catalexin esse, cum legitimum metrum aut pedem e syzygia aut syllabam e simplici pede amittit; hic autem superfluit. ergo et hic sibi coniungit tres trochaeos sic, 'machinae carinas'. qui tamen possit et scazon trimetros videri. nam si per duas syzygias a prima parte versus dividas, id est:

trahuntque siccās machinae,

clauditur antibaccho pede, qui est 'carinas'. sed quia parem formam idem Archilochus videtur induxisse adiciendo maiori syllabam et detrahendo minori, quo uterque tribus trochaeis clauderetur, satius est iambico commati, 'trahuntque siccās [machinae]', eosdem trochaeos adiungi, quam post geminam eius dipodiam antibacchum ultimum poni, ut utriusque versus clausula una lege teneatur.

DIOM. GL I 513. 25 sqq. antibacchius versus huius modi est:

mariti beati paremus nepotes.

huius facilis partitio, cum sciamus pedem ipsum constare ex brevi et duabus longis.

ATIL. FORTVN. GL VI 280. 17 sq. antibacchius ex brevi et duabus longis.

SERV. GL IV 425. 28 sqq. sescupla dicitur divisio, quotiens altera pars alteram partem non duplo vincit, sed dimidietate dupli, ut puta tria et duo vel duo et tria; quae divisio hos septem recipit pedes: bacchium, antibacchium, amphimacrum et quattuor paeones.

SERV. GL IV 463. 2 sqq. metra choriambica principaliter constant choriambos; verum quod durius suo pede claudantur, accipiunt in fine antibacchum.



ἀντιβᾶκχος (-βάκχειος) / antibacchus (-bachus, -baccheus, -bacchius, -bachius)

SERV. GL IV 463. 5 sqq. de aristophanio. aristophanium constat monometro (*scil.* choriambico) et antibaccho, ut est hoc:

purpureos tyrannos.

SERV. GL IV 463. 8 sqq. de anacreontio. anacreontium constat dimetro (*scil.* choriambico) et antibaccho, ut est hoc:

Vergilius Mantua quem creavit.

SERV. GL IV 463. 11 sq. de sapphico. sapphicum constat trimetro (*scil.* choriambico) et antibaccho, ut est hoc:

dulcisonae Pierides versifico favete.

SERV. GL IV 463. 13 sqq. de callimachio. callimachium constat tetrametro (*scil.* choriambico) et antibaccho, ut est hoc:

armipotens Mars genitor Romulidarum venias precamur.

SERV. GL IV 482. 29 sqq. ita fit ut in trisyllabis hunc eundem accentum (*scil.* acutum) cognoscamus in tribracho, molosso ..., dactylo, anapaesto, amphimacro, amphibracho ..., bacchio naturali et antibacchio, cuius ... media fit positione longa.

POMP. GL V 122. 35 sq. de tribus (*scil.* syllabis) octo isti (*scil.* pedes) sunt: tribrachus, molossus, dactylus, anapaestus, amphimacrus, amphibrachus, bacchius et antibacchius.

POMP. GL V 124. 32 sqq. haec est divisio quae sescupla dicitur: sescum enim dicitur dimidium: et est in istis pedibus, bacchius sescuplam habet divisionem, antibacchius, amphimacrus et paeones.

FRAGM. BOB. GL VI 627. 15 sq. hae XIII clausulae possunt et ita esse ... ex trochaeo et antibacchio, ut 'doctus orator' [R.S.]

vd. anche παλιμβάκχειος / palimbacchius